
Additiones Capitulis Perusine Rote alias editis.



Mprimis Additur secundo capitulo sub Rubrica de electoribus et forma electionis. Quod si contingeret doctores collegii U.J. non esse concordes in sufficienti numero ad faciendum et in faciendo electionem secundum formam dicti capituli seu si aliqua alia ratione dictam electionem facere nollent quod tunc et eo casu facultas faciendi ipsam transferatur et translata esse intelligatur et sit (pro ea vice) in Magnificos dominos Priores qui pro tempore fuerint una cum viginti Civibus publicatis prout in eodem capitulo. Placet.

ITem Additur capitulo tertio in.§.nemo ex dictis dominis auditoribus. Quod non possint recipere aliquod salarium sive sportulas pro aliquibus causis etiam a quovis superiore commissariis vel extraiudicialiter compromissis in ipsos vel alios Perusine iurisdictionis, et in eventum quod in causis compromissariis secundum formam statutorum caderet electio consultoris in dictos dominos Auditores seu eorum alterum ipso iure cadat in totam Rotam secundum formam Capitulorum/videlicet in auditoribus existentibus et non in aliquem ipsorum particularem cum emolumento et salario secundum formam legis nuper edite de solutionibus faciendis super compromissis manu ser Hieronymi ser berardini seu alterius notarii. Placet.



Item Additur eidem capitulo in fine. Qꝫ nullus dictorum Auditorum possit durante officio modo aliquo se intromittere in audiendis causis alicuius alterius tribunalis seu modo aliquo operam suam impendere in videndis processibus vel scripturis ad aliud tribunal pertinentibus seu alio quouis modo vel quesito colore se intromittere sub pena quingentarum librarum vice qualibet incurrenda ⁊ cõmunitati Perusie applicanda, ⁊ vltra ꝙ dictus contrafaciens possit eo ipso ꝙ contrafecisse apparebit per dños Priores de facto priuari officio ⁊ ab ipso expelli absqꝫ aliqua sententia. Placet.

Item Additur vltimo capitulo de sindicatu ⁊ sindicatoribus. Qꝫ pro causis ⁊ rebus pro quibus non fuerint date petitiones durantibus temporibus semestralibus, possint dari/⁊ dicti Auditores ⁊ officiales sindicari post vltimum finem eorum officij. Et ꝙ cõsultores qui pro antecedentibus semestribus extracti fuerint teneantur ⁊ debeant vltimis sindicatoribus consulere ⁊ absqꝫ nouo aliquo salario, videre processus ⁊ officiuꝫ facere: vꝫ quilibet respectiue ad sui semestris tempus/ prout ⁊ sicut si petitiones porrecte ⁊ processus agitati eo tempore fuissent. Cassis ⁊ anullatis in eo capitulo illis verbis/vis ordinaria: Non debeant tamen pro tribunali sedere cum dictis vltimis sindicatoribus: sed vltimi semestris consultores in sedendo sufficiant. Additur etiam ꝙ semestrales sindicatus fiant infra tempus ⁊ ꝙ ꝓpter huiusmodi sindicatus dicti Auditores non vacent a iure reddendo. Placet in futurum.

Vltimo Additur ꝙ capitaneus seu socius miles dicti officij Auditorum Rote non possit vllo modo refirmari vt stet vltra annum. Et ꝙ domini Priores qui pro temporibus fuerint (⁊ maxime prior priorum) teneanł ⁊ debeant ei facere recognitionem seu resignam

ad minus semel qualibet hebdomoda/ꝛ non repertum habere integrum numerum famulorum idoneorum teneantur ꝛ debeant ipsum punctare manu eorum notarij. Nec de penis dictarum punctaturarum possit per ipsos Priores fieri gratia siue remissio in totum nec pro aliqua parte. Et si dicti Priores fuerint in eo negligentes vel fideliter ac sine fraude non fecerint dictam recognitionem vt prefertur sint grauati in conscientia ꝛ teneantur cōmunitati ad restitutionem totius quantitatis in qua ipsa cōmunitas per dictum capitaneum fraudata fuerit. Placet.

Confirmamus ꝛ approbamus vt supra Jo.Gas.argulus Commiss.manu propria.

Datum Perusię in ędibus Th:saurarię die.viiij.Decembris.M.D.xxxiiij.

Scipio benuenutus.

Impressum Perusię per Hieronymum Francisci carthularij. Tempore Magistratus Nobilis viri Burgarutius bartholomei de Raynerijs, ꝛ socioꝝ.M.D.P.Artium Ciuitatis predicte sub Annis Domini.M.D.xxxiiij. ꝛ die.xxiij.Decembris.Tempore.S.in xpo patris domini nostri dñi Pauli diuina prouidentia Pape.iij.

Manu ser Vincentij berardini de Benincasijs de Perusia porte Solis.

